



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS  
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM  
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati  
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Trevorum, 1576**

**VD16 ZV 206**

Benedictio Ignis Paschalis in vigilia Paschæ cum Hymnis, & Canticis. &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

IN VIGILIA PASCHAE AD IGNEM BENEDICTVM LEGVNTVR SEPT

tē psalmi poenitētiales, & ad quē

libet psalmū dicitur, Gloria Patri &c. cum

Litanijs, & maioribus precibus  
& Collecta.

**P**ietate tua, quæsumus Domine, nostrorū absolue vincula omniū delictorū, & intercedente beata, & gloriosissima Dei genitrice semper virgine Maria, cū beatis Apostolis tuis, Petro & Paulo, & omnibus sanctis tuis: domnū Apostolicū, & omnem ordinē Ecclesiasticū, Imperatorē nostrum (**Regē**) & omnē exercitū eius, Pontificē nostrū: omnesq; congregationes illis commissas, & nos indignos famulos, atq; locū nostrū: in omni sanctitate, & religione custodi: omnesq; affinitate, & familiaritate,

liari-

liariter nobis iunctos, seu omnes Christianos, a vitijs purga: virtutibus illustra: pacem & salutem nobis tribue: hostes visibiles & inuisibiles remoue: carnalia desideria repelle: aeris temperiem indulge: fruges terræ concede: inimicis nostris, & nobis veram charitatem largire: incredulos conuerte: errantes corrige: & omnibus fidelibus Christianis, viuis, defunctis, & in terra viuētibus, vitam pariter, & requiem æternam concede. Per Dominum nostrū Iesum Christū &c. **Respo.** Amen.

Et præparetur aliquis locus, vbi ignis nouiter de flice excussus accendatur, & totus ignis in Ecclesia extingatur, in quo loco Sacerdos cum thuribulo, & aqua benedicta legat septē Psalmos, vt dictum est. quibus lectis, dicet has orationes. In pace factus est. &c.

**D**omine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, in nomine tuo, & filij tui  
domi-

domini nostri Iesu Christi, & spiritus sancti, bene ✠ dicimus hunc ignem, & eum cum cera, & omnibus eius alimonijs sanctificamus, & signo Crucis Iesu Christi filij tui viui altissimi signamus, vt intus, vel foris, accensus, non quod nocet, incendat sed omnia ad versus hominum necessaria, calefaciat, siue illuminet: & quæ ex hoc igne fuerint conflata, vel calefacta, sint benedicta, & omni humanæ salutis utilia: vt non cum Nadab & Abiu, ignem tibi offerentibus alienum incendamur, sed cum Aaron Pontifice, & filijs eius Eleazaro & Ythamaro, hostias tibi pacificas, sancti spiritus igne allatas, immolare valeamus, & semper eiusdem spiritus sancti, igne vitia nostra ure, corda q; luce sciētiae tuæ illumina: & animas nostras fidei calore clarifica. Per eundē  
Christū

Christū Dominū nostrū. *Resp.* Amē.

**D**omine Deus, pater omnipotens  
lumen indeficiens, qui es conditor o-  
mnium luminum, bene ✠ dic hoc lu-  
men, quod a te sanctificatum, atq; be-  
nedictum est: qui illuminasti omnem  
mundum: ut ab eo lumine accēdamur  
& illuminemur igne claritatis tuæ: & si-  
cut igne tuo illuminasti Moysen, ita il-  
lumines corda, & sensus nostros, ut ad  
vitam, & lucem æternā peruenire me-  
reamur. Per Christum Dominū no-  
strum. *Respons.* Amen.

*Deinde aspergatur ignis aqua benedicta, & candelæ  
accendantur, ignis, & thus in thuribulum mittantur,  
& thurificetur.*

*Hymnus.*

**I**nuentor rutuli dux bone luminis,  
qui

qui certis vicibus, tempora diui-

dis: **M**erso Sole chaos ingruit hor-

ridum, lumen redde tuis **C**hriste

fidelibus. **I**nuentor.

**Q**uamuis innumero fidere regiã,  
luna-

lunariq; polum lampade pinxeris in  
cussu filicis lumina, nos tamen mon-  
stras faxigeno semine quærere. **M**erso.

**N**e nesciret homo spẽ sibi luminis,  
in Christi solido corpore conditam,  
L qui

qui dici stabilem se voluit petrā, no-

stris igniculis vnde genus venit. Inuē.

**P**inguis quos olei rore madentibus,

lichnis aut fascibus pascimus aridis,

quin & fila fauis scirpea floreis presso  
melle



melle prius collita fingimus. **M**erfo.

**V**iuax flamma viget, seu caua testula

succum, linteolo sugerit ebrio, ceu

pinus piceam fert alimoniam, ceu

cerā teretā stuppa calens bibit. **I**nuē.

L 2

**S**plen-

**S**plendent ergo tuis muneribus pa-

ter flammis mobilibus scilicet atria

absentēq; diem lux agit emula, quā

nox cū lacero victa fugit peplo. **M**erito.

**P**endent mobilibus lumina funibus,  
quæ

quæ suffixa micant per laquearia, &

de laquidulis fota natatibus, lucē per-

spicuo flamma iacet vitro. **I**nventor.

**O**res digna deus quam tibi roscidæ

noctis principio grex tuus offerat, lu-

L 3 cem

cem, qua tribuis nil preciosius lucem

qua reliqua præmia cernimus. **M**erito.

**T**u lux vera oculis, lux quoq; sensibus,

intus tu speculū tu speculū, foris, lu-

mē quod famulās offero: suscipe tin-  
ctum

ctū pacifici Crismatis vngvine. **I**nuē.

**P**er Christum genitum summe pater

tu um, in quo visibilis stat tibi gloria,

qui noster dominus, qui tuus vnicus,

spirat de patrio corde paraclitum.

**BENEDICTIO CEREI.**

L 4

Peracta